

EPISTOLAE VIVIS.

Vel auspicarer tecum optimis auibus
amicitiam vel certe notitiā confirmā-
rem. Tu me post hac vtere siue amico,
siue noto, vt voles, ex commodo tuo:
nam ex voto meo amicū mallem. Ha-
bebis istic Nicolaum Valdaurā, uxo-
ris meæ fratrem, quem ego ita habeo
charum, vt alterum me esse censem.
Is erit tibi velut imago quædā, et admo-
nitor, quò mei crebrò memineris. Va-

Vives Pato suo S. P.

EPistolam misi velenuo & Be-
quinsalo & Massono, & Tho-
mæ Viintero, cui non minus nunc be-
ne cupio, quam cum Cardinalem ha-
beret gratia florentissimum. Neque
enim in amicitijs fortunam sequor,
imò quò afflictior est, hoc magis eum
diligo. Nam miseratio auget cha-
ritatem. Sed vide rerum humanarū
vices: ò detestabilem eum qui super
hæc mundana ædificat, & fudit homi-
ni